



**S**anctus Theodorus à Deo plurimis donis & virtutibus ornatus fuit. Is enim sua doctrina & pietate Valesianos in uera Christi religione diligenter instituit, atq; omnes in sua uocatione perseverare docuit. Itaq; factum cū post Rufum Octodurensem praefulem Episcopatus Sedunum à regre Burgundionum Sigismundo transferreretur, ut hic Theodorus ob plurimas uirtutes eius loci primus praeful ordinatus fuerit. Vnde etiam in fundatione monasterij S. Mauriti hic Theodorus cū alijs praefulibus subscripsit, anno post Christū 550. Cum aut magna prudentia hanc Ecclesiam administrasset, S. Theodorus, qui etiam uulgò Theodus dicitur, ex hac uita in cœleste gaudium penetrauit. In huius Theodori memoriā postea Carolus Magnus Ecclesiam Sedunensem multis donis & priuilegijs exornauit. Vnde factum ut aliqui postea hunc Theodorum Carolo coœnu posuerint. Ioan. Stumpff. lib. ii. Helueticæ historiæ. Ut autem horum Episcoporum successionem habeamus, eos pro uirili subjicere placet.